o oculi amoris mei quondam Numina, quis vos occluſit? dura
nimis, et aspera fuit ista militum manus: Cur in advocabar
ad ultimum hoc officium? claussisse ego anatas illas faculas,
et furti hoc dipisse? Occultamini o cara lumina, ocu-
lo tabulo! sed tunc, hoc deprecor, tunc rursus aparete,
quo ego noritura de visu meo vespere festinabo. Jam vero
audi. tum: quid illas fuisse putatis, quo milites horrida, aut fili
orum cadavera auferant, aut parva invenerant tantum, illo de-
nentium more sic ejulabant: o fili, ubi es, fili mi! audite
filij mei manes, dicite ubi dulces interfecti eporis? reddite quod
primum meis amplexibus o socio si invenistis cari corporis reliquias,
et ne ignoretis, frons e eburnea, sunt stello lumina, aurum ca-
pilli, in labellis Hybleae quondam aedificarunt apes, in illis
etiam osculorum invenietis vestigia, et amores mei adhuc ar-
ca examine errantes filium meum monstrabunt. Hi erant
audi: orbatarum parentum luctus: quid enim illo in facierent, qua-
rum dolor proprius erat, cum ipsa civitatis moenia ingemisce-
re viderent, quale in spectaculum fuisse putatis, quantam
confusionem tot inter ululatus, tot gemitus, infantum vagitus,
mirum fletus, fremitus militum, gladiorum stridores inter se vol-
lidentium miscebantur, illa ope implorabat, iste occidere iube-
bat, hic: ad arma, ibi ad morbos, ista filij mortem querebat
ipsa furtum, hoc laniena, nullus angulus generibus carebat, et
tantis tanquam vigentibus, ut ille audierit Propheta, arte tubi-
cula cum cantaret: Vox in Rama audita est, Rachel plo-
rans filios suos: interim victrices illo animo suos
transibant triumphos, nondum pugnare poterant, et in

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 313r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/313r)